Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Sole fortunato

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

lem idem ſignificabitur; quòd non modo erit verum ſi horoſcopum ſic intuebitur,

### De Marte Infortunato.

Quoties Mars infortunatus extiterit malū preſagit non autem bonum. eius infotunia ſunt cum fuerit retro gradus conbuſtus in infimis cæli locis, qui sūt 6.7.8.& 12. domus, & cum taliter radijs indiſpoſitus fuerit: ita-cundiam, perturbationem, mētis cogitatio-nē, atq; ſollicidutinē, caueat naſcēs eo tēpore ab armis à litibus, itineribus, rixis, atq; ludis; In corpore læſiones experientur; detrimenta ſentient, fraudes, & ex igne moleſtias; morbos ex excalef. &o Sanguine, valetudineſque ex biliofis humoribus, calidiſq; ortas patiētur.

Perfectio horoſcopi cum per corpus Martis tranſiuerit, vel cum de 4. vel 7. aſpecies idem affert.

### De Sole Fortunato.

Tunc Sol fortunabitur, cum Dominus anni effectus in ſuis Signis potentiſſimus inuenietur, atque gradibus ſicuti in tempore natiuitatis comprehendebatur, eoque fortunato conſiderato cum Stellæ

for-

fortunatæ copulabitur,etiam in figuræ domibus,in quibus ſpecialiter cadit 93. bonæ cenſentur, prima 2.3.4.5. 9. 6.& 11. & tunc fortunæ felicitates indicat,tam cum ptincipibus,quam Dominis , publica officia, atq; ſublimia, dignitates , ac gloriæ augumenta pollicetur; fortunæ bona adauget , fortes doctos, liberales , magnanimos efficit ; & quoties Sol tempore reuolutionis,in aliqua dictarum domorum inuenietur, annus proſperus,ac felix, natis,indicatur.

## *De Sole Infortunato.*

Tunc infortunabitur Sol cum erit impeditus in aliqua cæli Domo,quæ erit 6.7.8.& 12.& non modo in dictis Domibus, verum cum erit in oppoſitione,vel quadrato,Significat à Regibus detrimenta,à principibus, & Dominis,eo tempore caueat natus à commercio hominum ſolarium ; nam per eos infortunia danna,atque merores anni accipient . Sic Sol conſueſcit morbos calidos afferre quod idem efficiet cum prima domus proficiſcentur, vel tranſibit per ſeptimam quæ ei opponitur.